

- aliqua Ecclesia tenetur in iramentum vel votum servare, nisi nova causa superveniat.
- 14 Exhortans simpliciter alium ad electionem sepulture, non interveniente promissione, voto vel iramento, non incurrit poenam c. 1. de sepul. in 6.
- 15 Tex. in d. cap. 1. non procedit, quando clerici, vel religiosi non inducunt infirmum, ut sepulturam eligat apud eorum Ecclesiam, sed alibi, dummodo non constet de fraude.
- 16 Tex. in dict. c. 1. non procedit, quando laicus alium inducit ad sic vocendum vel irandum vel promittendum sepulturam in Ecclesia vel parochia, inducens quando hoc fit propter amorem & affectionem reciprocam, ut simul iaceant.
- 17 Corpus defuncti non potest detineri, ne sepeliatur ratione debiti, & numeris sequentibus.
- 18 Hæredes consanguinei, nec affines defuncti possunt conveniri infra novem dies à morte ipsius.
- 19 Concordia assignatur inter tex. in l. fin. §. donec, C. de iur. delib. & arb. v. cum de appell. cognof. §. sanctimus, ver. post novem, & c. collatione 8. & n. 20.
- 20 Creditores possunt hæredes defuncti convenire post novem dies à tempore mortis defuncti, legatarij vero non nisi post transactum tempus faciendi inuentarium.

CAPVT IV.

De electione sepulture.

LI GERE potest quilibet sepulturam propriam, & etiam alienam, quod si eam non eligit, sepeliendus est in sepulchro maiorum, vel si id non habet in ecclesia parochiali ipsius, ubi audivit divina officia & sacramenta recipiebat, ut in c. 1. de sepul. Dominus enim & magister (inquit text.) alienam elegit ut propriam, ubi gl. ver. alienam, inquit, quia natus in Bethleem, nutritus in Nazareth, sepultus fuit in Ierusalem in sepulchro Ioseph. Et idem probatur in pluribus capitibus eiusdem tituli: hoc addit ut si quis aliam elegerit sepulturam, quam propriam quarta Canonica funeralis parochia ipsius detur. Idem probatur in l. 5. titul. 13. par. 1. ubi aliquibus modis hoc limitatur, & ibi Grego. Lopez plures optimas quaestiones in materia tractat & examinat, & refert plures personas, quæ alius sunt subiectæ, & tamen possunt eligere sepulturam, & Syluest. verb. sepultura, num. 6.

2 Quod adeo procedit, ut etiam quis eligat sepulturam apud ecclesiam Prædicatorum & Minorum, & ipsi possint eum libere sepelire, de funeralib. tamen & quibuscunque obventionibus & relictis, etiam de quibus alias non debetur Canonica, quartam & non ultra soluent ecclesie parochiali, ut probat tex. licet longum in clem. dudum, qua est finalis, de sepul. in quo hodie extat factosan. Concilij Tridentini sequens decretum, sessio. 1. §. cap. 13. Decernit sancta Synodus, ut quibuscunque in locis iam ante annos quadragesima, quarta, que funeralium dicitur, Cathedrali, aut parochiali Ecclesie solita esset persolvi, ac postea fuerit ex quocumque privilegio aliam monasterij hospitalium, aut quibuscunque locis

pijs concessa eadem postea integro iure, & eadem portione, qua antea solebat, cathedrali seu parochiali Ecclesie persolvatur, non obstantibus concessionibus, gratiis, privilegijs, etiam mari magna nunciatio, aut alijs quibuscunque.

Sed hodie novissime sanctissimus Dominus noster Pius Quintus, decimo septimo Kalend. Julij, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, & Pontificatus sui anno secundo, bullam confirmationis & novæ concessionis privilegiorum omnium ordinum mendicantium, cum declarationibus, decretis, & inhibitionibus motu proprio concessit, quæ eorum communiter habetur, & etiam redigitur ad finem regularum Cancellariæ, cum alijs quam plurimis decretis à sanctissimo nostro patre Pio V. Pontifice Maximo post S. S. Concilium Tridentinum promulgatis, & simul editis, in cuius bulla cap. 15. tractatur de huiusmodi quarta sepulorum in Ecclesijs ordinum mendicantium, & ita disponitur. Quartam autem funeralium, de qua l. 5. tit. 13. nequaquam solvere tenentur monasteria quæ à quadragesima annis citra fundata existunt, postquam Concilium ipsum loquitur tantum de monasteriis ante annos quadragesima fundatis, quæ ipsam quartam solvere consueverunt, & ubi solvi consuevit, id tantum ceræ & aliorum, quæ in aliquibus partibus deferri contigerit tempore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis seu legatis, vel alijs fratribus ipsius seu Monialibus huiusmodi relictis, aut alias, quomodolibet donatis solvi debent, si que intelligi Concilij decretum, quoad quartam huiusmodi soluendam debere decernimus. Vbi veto non est consuetudo soluendi quartam huiusmodi, de nullo supra scriptorum loci debere declaramus. Et in cap. 16. dict. Bullæ dicitur: Neque ad quartam seu aliam partem annuum eorum, qua etiam pro ordinamentis Ecclesie, palliorum, planearum, cortinarum, paramorum & aliorum, qua dictis Ecclesijs relinquitur vel dari contigerit, etiam si pro vicinij fratrum aut alia relinquatur, aliquid contribuere teneantur. Et in cap. 17. dict. Bullæ dicitur: Ac etiam ius sepulture, solvi tantum consueverunt curati, & non aliquid aliud eis solvi debeat. Quamvis partes ad eorum liberum Ecclesie ordinum huiusmodi, seu eorum fratribus alia quacunque tribuent, seu elemosinas elargiantur, quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiusmodi, nec propterea impediri debeant, quin possint defunctorum corpora prefata ad eorum Ecclesias immulanda deferri facere. Et in cap. 22. dict. Bullæ dicitur: Ac Moniales dicti fratris subditas, vel personas sepulture in eorum Ecclesijs eligentes nulla soluta parochia portione sepelire, vel si fratres ad mortuorum corpora associanda vocati fuerint, illa abique fratrum huiusmodi presentia sepeliri facere audeant vel presumant. Et de quibus rebus non fit soluenda quarta hæc Ecclesie parochiali, videnda est optima l. 6. tit. 13. par. 1.

Et quæ supradicta sunt in initio cap. procedunt etiam in vxore. Ea enim, sicut vir, potest abique eius licentia sepulturam quoque eligere, ut probatur in cap. de vxore, de sepul. per quod datur bona & peregrina declaratio & limitatio ad d. l. 5. Taur. qua cauetur, ut mulier nupta nullum contractum vel distictum facere possit abfque licentia viri, ut non procedat in sepulture electione, ut supra dictum est. Cuius ratio est potest ex summa libertate, quam iura Canonica ad

ad hoc concedunt, sicut iura civilia ad testandum, cui proximam est sepulturam eligere.

5 Testari enim potest mulier nupta abique licentia sui mariti, non obstante d. l. Regia, quæ in contractibus inter viuos loquitur vel aliquo statuto dist. 1. simili, ut tenet Ias. in l. 2. num. 17. ff. de leg. 1. & Ant. Gom. in l. 4. Taur. num. 5. in fin. licet contrarium latissime fundet Marth. de Affl. decis. Neapol. 160. per totam. Sed præcedens opinio prædicatur communiter, nam mulieres nuptæ faciunt testamentum abique consensu vel licentia virorum, saltem expressa in ipso instrumento testamenti, nisi quando simul testantur vir & vxor, & tunc non præmittitur licentia, sicut præmittitur in alijs scripturis, & nihilominus valent prædicta testamenta. Ergo ita & eodem modo poterit mulier eligere sepulturam abique licentia viri. Quæ equiparatio probatur ex ratione quam assignat text. in dict. cap. de vxore, scilicet cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier soluitur à lege viri, hoc est, ad tempus mortis, sicut testamentum, qua ratione attenda, redditur vera & comprobatur supradicta opinio Ias. & sequacium contra Marth. de Affl. quia testamentum ad eum statum pertinet, quo soluitur matrimonium.

6 Sed hoc verum intelligo, cum ipsa mulier nupta in testamento vel alia ultima voluntate, in scriptura coram testibus eligat sepulturam, etiam cum dote, quia cum possit de bonis suis disponere in ultima voluntate, abique licentia viri poterit & sepulturam eligere; inter viuos autem non poterit vxor abique licentia viri sepulturam eligere cum dote constitutione, cum omnem contractum seu promissionem, ex qua remaneat obligata, sit prohibita celebrare in præiudicium mariti abique ipsius licentia, ut in d. l. Regia cauetur.

Si tamen inter viuos tantum elegerit sepulturam sine dote, bene valebit electio abique prædicta licentia viri, meo iudicio, tum quia text. in dict. cap. de vxore, generaliter & indistincte loquitur, tum etiam quia ex hoc non remanet obligata ad aliquid, nec præiudicium fit marito, præcipue cum ipsa possit mutare electionem suam, recelligendo postea aliam sepulturam, arg. text. in l. si quis in princip. testamenti, ff. de leg. 3. cum similib. & in c. cum quis, §. 1. de sepul. in 6.

Vnde est, ut ut relictum Ecclesie pro sepultura, tacite videatur ademptum, si alibi testator eligat sepulturam, secundum Abb. in cap. in nostra ultim. not. de sepul. quem refert & sequitur Greg. Lop. in dict. l. 5. in gl. Puedelo faller, sed si non eligat aliam, valebit electio prima & adimpleti, debet.

Ad id ego ex supradictis videri inferendum, quod sicut statuto vel lege introduci potest, ut mulier testari non possit abique interuentu duorum consanguineorum (adde tu, vel mariti) ut tenet Der. & eum refertus Menchac. contra Corrat. de success. creat. §. 1. num. 17. de quo etiam est videndus Marth. de Affl. ubi supra, quæ opinio probanda venit, cum etiam abique lege vel statu plurimis virgentibus fundamentis idem esset, quod in contractibus contulerit Marth. de Affl. ubi supra. Ita & eodem modo videtur dicendum, quod valebit statutum seu lex (intelligo Canonica) quæ præcipiat, ut mulier abique licentia viri vel duorum consanguineorum, non eligat sepulturam.

Mulier autem, quæ plures viros habuit successisse, si sepulturam non eligat, est cum viro ultimo, cuius domicilium retinet & honorem, tumulanda, ut in cap. si qui, paragr. mulier, de sepul. lib. 6.

Sed est dubium in hac materia, an laborans in extremis possit committere electionem sepulture alteri: item quid iuris erit, si committens, antequam commissarius declaret, moriatur, an expiter commissio, & ubi talis debeat sepeliri? Quaestioem hæc tractat post alios, quos refert Domin. in dict. cap. se, qui. paragr. mulier, numer. 6. ubi relatis opinionibus sequitur opinionem Lap. & Pet. Ancharan. scilicet quod commissio & electio valeat per text. in l. vtrum, §. cum quidam, de reb. dub. Vbi dicit text. quod si testator tres hæredes instituit, & grauavit alterum, ut mortuo testatore restituat illam hæreditatem alteri ex istis cui sibi videbitur, valet fidei commissum, quia in voluntate ipsius non est, an restituat, sed cui restituat.

Ergo ita in proposito dicendum est. Nam non remittitur in voluntate commissarij, an eligat, quia committens vult, quod eligat, sed in quo loco eligat. Electio etiam post mortem committentis facta valet, quia mandatum, cuius effectus necessario consistit post mortem mandantis, non expirat morte committentis, ut in §. fin. de testam. lib. sexto, cui conlonat lex 38. Tauri.

Sed istud est huiusmodi, quia sepultura refertur necessario post tempus ad mortem, in dict. cap. de vxore, & pater euidetur: Igitur, Neque obstat, si dicatur, quod mortis committentis abfque commissarij electione statim acquiritur ius Ecclesie, ubi debebat sepeliri, non electa sepultura, argum. dist. §. mulier, quia hoc nego, cum testator noluerit sibi sepeliri, nisi in quantum illa istud elegerit. Ergo non potest dici ius quaesitum patochæ. Pro qua opinione considero bonam legem 3. Tauri, quæ probat, quod commissario ad testandum vel legandum vel declarandum, datur certi termini, intra quos declarat, nec tamen fit distinctio vtrum interim moriatur testator nee, & sic etiam testator, qui commisit testamentum vel declarationem alteri, statim decedat, commissarius habebit terminos, de quibus in illa, neque expirat commissio morte mandantis siue committentis. Ergo ita, & eodem modo in commissione electionis sepulture dicendum est per supradicta.

Solemnia tamen quaestio est in proposito, 11 An si quis eligat semel sepulturam, & iuret & promittat, se non reuocaturum vel mutaturum hæc electionem, vel iuret electionem talem sepulturam & non aliam, an valeat & confirmetur electio hæc iuramento, taliter quod mutari non possit? Hanc quaestioem latissime examinat Host. in summa de sepul. §. an licitum, vers. quod si quis eligat sepulturam, ubi relatis pro & contra aliquibus iuribus & fundamentis, inquit, quod Doctor. legum dicunt, quod valet mutatio voluntatis, non obstante iuramento: Magistri vero canonici contra, se. quod licet de rigore siue subtilitate iuris possit dici, quod tenet vltima electio, tamen contrarium tenet Raynut. in summa eodem titu. secundum Deum & canonicam æquitatem. Itaque videtur pendere quaestio hæc ab illa principali, quam supra examinamus in 1. cap. huius partis, an scilicet primum testamentum cum iuramento conditum de non

reuocando, possit reuocare non obstante supra dicto iuramento. Tandem Host. *vbi supra*, facit in nostra quaestione propria, de qua tunc agimus, distinctionem, quam late probat? ipse veto eam breuissime referam, scilicet. quod si prima electio facta sit ex illecectione (hoc est) inductione vel ex contemptu, vel in prauidicium parochialis ecclesiae, cui Canonica portio non relinquatur, non valet, imo expressim reprobatur per Papam, *vt in cap. plerique, de par. Sin autem proprio motu sine prauidicio parochialis ecclesiae, cui Canonica portio relinquatur, & ex pura deuotione fiat, talis electio iuramento firmata tenet, nec potest postea variari, nisi ex iusta causa, vt puta ex causa noua post iuramentum orta, de qua non cognouit is, qui elegit sepulturam tempore praesenti iuramenti, vt si mutetur status suus, vt quia factus est Episcopus vel intravit religionem. Idem si mutatur status loci puta dissipatus est materialiter vel spiritualiter quia iuramentum habet tacitam conditionem, rebus sic se habentibus, & in eodem statu permanentibus, vt supra dictum est in 1. par. cap. 7. i. num. 6. Et haec est tota distinctio Hostien. *vbi supra*, qui eam pluribus iuribus probat, quae etiam sequitur Syluest. *ver. si Sepultura, num. 5.* Quae distinctio in primo membro non interueniente iuramento approbatur in *dist. leg. Regia 5. in prin.* cuius haec sunt verba: *Fueru ende, si se fiesse por falaga de algunos que lo fiziesen en ganofamente, que se foterassen en la yglesia, o si lo fiziesse por mal querencia de los clerigos donde fueffe parrochiano, o por desprecio dellos, o si no dexasse alguna cosa a su yglesia en caso alguno fiziesse contra esto, es mandasse soterrar en otro cementerio faziendolo por alguna destas quatro cosas sobre dichas, quando los clerigos de aquella yglesia donde era parrochiano, demandar el cuerpo conodos los derechos que fueren dados conel por ra'õnde la sepultura. Vbi Greg. Lop. *ver. Falaga*, inquit, quod *dist. l.* sequitur dicta Hostien. & quod dicitur de illecectione, procedere forte, quando dolose fuit persuasus, ita quod ex dolo fuit motus ad eligendam sepulturam, alias non electurus, dolo cessante, nam si tantum esset simplex persuasio blando sermone, non esset criminofum, & haec de iure antiquo.**

Hodie autem standum est in hoc decisioni text. in *cap. 1. de sepult. in 6.* cuius declaratio emanauit ad tollendum omnem super hoc altercationem, secundum Archid. *ibid. num. 2.* vbi praecipitur religiosis & secularibus clericis omnibus, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita vel alias promittendum inducant, vt apud eorum ecclesias sepulturam eligant, vel iam electam vterius non immutent, alias electio aliter facta annullatur, & ij qui sic elegerint, non debent sepeliri apud sic electas ecclesias, neque alibi possunt eligere sepulturam, ne eis detur occasio vel materia veniendi contra votum vel iuramentum proprium, sed omnino sepeliendi sunt apud illas ecclesias, apud quas sepeliendi de iure fuissent, si non electa sepultura forsitan decessissent, & aliter sepultus cum omnibus sepulturae obuentibus restitutus est intra decennium, alias poena incurritur *ibi* contenta. Cuius text. singularis decisio necessaria fuit propter multitudinem opinionum, quia antea erant in hoc. Quia idemmet Archid. alibi & eum referens Felin. in *c. si diligenti num. 33. de for. comp. tenebar*, quod sicut procurator constituitur cum iuramento de non reuocando eum potest reuocari, iuxta glo. communi-

ter approbatam in *c. fin. de procur. in 6.* Ita etiam & Vicarius eod. modo constitutus, & electio sepulturae eodem modo facta poterat reuocari. Itaque hodie in nostra quaestione supra posita tenendum est, quod decidit *d. c. 1. de sepult. in 6. sc.* quod non valeat electio sepulturae facta inductione clericorum ipsius ecclesiae, vbi eligitur, etiamsi voto vel iuramento fuerit confirmata, vel fidei praestitione, quamvis iurans vel vouens huiusmodi non possit voluntatem & electionem sic factam mutare alibi eligendo, ne sit iuratus. Et ita iuramentum, quantum ad ipsum iurantem spectat, seruandum est, & hoc operatur, vt iterum eligere sic iurans non possit, quamvis Papa sua auctoritate declarat sic iurantem sepeliendum non esse in sepultura, quam sic inductus iurauit, in quo iurans ipse cum sit mortuus, non contrauenit iuramento suo. Quod quidem caput meo iudicio in merum odium clericorum sic inducendum morientes emanauit, ad compescendam eorum avaritiam & cupiditatem, ob quam iudebant morientes ipsos ad electionem huiusmodi faciendam iurandamque ab vouendum.

Vnde tunc merito inquit *gl. ibi. verb. sepulturam, 12.* quod inier duas ecclesias bene valeret pactum, iuxta text. in *c. 1. de par. in 6.* vbi valet pactum cum rectore parochialis ecclesiae factum quibusdam religiosis, ne aliquos, vel certos ipsius ecclesiae parochianos reciperent ad ecclesiasticam sepulturam etiamsi monasterium habeat indultum liberæ sepulturae à summo Pontifice concessum, & parochiani apud religiosos elegerint sepeliri, quia per pactum supra dictum indulto fuit derogatum, nam in hoc casu cessat egregia illa decisio text. in *d. c. 1. de sepult. in 6.* & eius ratio & mens. Secundo tunc & principaliter disposito text. in *d. c. 1. cum loquatur, quando infirmus inducitur ad vouendum & iurandum electionem sepulturae à clericis vel religiosis apud se non procedit in secundo casu distinctionis Host. supra dictae, quando aliquis proprio motu absque inductione aliorum iurauit vel vouit eligere sepulturam in tali loco, quia tunc cessat ratio & mens *d. cap. sup. dicta & considerata, ac per consequens cessare debet & eius dispositio, & sic iurans vel vouens, motu proprio tenetur iuramentum vel votum seruire, nisi causa noua superueniat, vt considerat Host. vbi supra* cuius in hoc opinioem contra Pet. de Anch. in *c. 1. de testam. tenet & sequitur Franc. de Palat. in tract. de excommunicat. §. 21. num. 23. volu 16. tractat. diuer. Dd. fol. 197. & Syluest. vbi supra d. num. 5.**

Tertio tunc eiusdem text. dispositio non habebit locum contra simpliciter exhortantem ad eligendum sepulturam non interueniente promissione, voto seu iuramento, quia iste talis non incurrit in poenam illius capitula tenent *ibi* lo. And. & Ioan. de Lug. & Dom. & hos referens Greg. Lop. in *d. l. 5. in gl. Falaga, ad fin.*

Quarto ex tunc supra *c. 1. vbi* vt apud eorum ecclesias sepulturam eligant, sic ex ratione supra per me considerata, videtur inferendum, vt non habeat locum text. ille, quando clericus vel religiosus non inducunt in firmum, vt sepulturam eligat apud eorum Ecclesias, sed alibi, nisi constaret de fraude iniicientis eos ad inducendum illum, vt apud suam Ecclesiam sepulturam promitteret, quia hoc casu haberet locum dispositio illius text. Nam quod per me non possunt facere, nec per alium licet, ne quod vna via prohibetur, alia per

permittitur, praecipue interueniente fraude & circumuentione Canonis.

16 Quinto tunc ex supra: videtur etiam inferendum, vt ille text. minime etiam locum habeat, quoties laicus alium induceret ad sic vouendum, iurandum vel promittendum sepulturam in suam Ecclesiam vel parochiam inducentis, propter amorem & affectionem reciprocam, quae inter eos est, vt simul vel in ead. saltem Ecclesia iaceant, dum tamen id non fiat rogatu & intercessionem clericorum illius Ecclesiae, quia hoc casu haberet locum dispositio *d. c. per supra. in vers. precedenti.* Exemplum huius quinq. illationis potest assignari inter personas valde dilectas, coniuges vel non coniuges, quod quotidie potest contingere.

17 Vterius tunc in materia hac sepulturarum ex stat dictam satis inhumanam Ang. *in auth. vt defunct. seu suer. eorum, §. 1. col. 5.* qui tenet per illum text. posse dici, quod cum per formam statuti communis Peregij instrumenta confessionaria debent mandari exsecutioni ad voluntatem creditoris producentis instrumentum confessionarium (prout hodie in hoc Regno Hispaniae habemus decimum in instrumentis gaurentigis) quod mortuo debitor, poterit facere detineri cum auctoritate iudicis corpus eius ne sepeliatur, quousque sibi de debito satisfiat. Et sic tenet, quod iudex ad peritorem debitoris debeat corpus mortuum detinere, ne sepeliatur. Sed hoc dictum Ang. praeterquam quod non probatur *ibidem* est prout ad veritatem & primo contra eum allego text. in *d. aub. vt defunct. seu suer. eorum, §. 1.* Secundo probat elarius contrarium text. in *l. fin. C. de sepul. viol. ibi, debitumque exigenda sepulturam eius impediunt. & iterum in vers. ea quidem, que mortuo posito.* Tertio pro hac opinione contra Ang. allego text. expressum *in aub. vt cum de appell. cognos. §. meminimus, col. 8.* cuius verba sunt haec: *Meminimus insuper legem a nobis fuisse prelatam, per quam infirmus nulli penitus esse licentiam corpora defunctorum debita gratia detinere autem impedimentum eorum facere sepulturae. Quatio hac opinio contra Ang. approbatur expresse in *l. 13. tit. 9. par. 7.* vbi dicitur: *Muerto yaziendo algun home, o muger, fuesse de mator de oro, no lo deuen restar, ni embargar que no sea soterrado, ni le deuen fazer deshonra en otra manera ninguna que pueda ser. E si alguno contra esto fiziere por razon de deudas, o queriendo dolo deshonrar, fura muy gran tuerto a Dios, ea los homes, e a su herederos: e fiera tenido de fazer en mienda a bien visto del iudgador del lugar, segun fuere el tuerto, e la deshonra que hizo, & idem probat *l. 5. tit. 18. lib. 4. fori.* Quinto hac ead. opinio approbatur etiam in *l. fin. tit. 13. par. 1.***

18 Sexto tunc probatur haec opinio à fortiori, quia intra nouem dies à morte defuncti, nullus potest heredes aut parentes, aut liberos, aut coniugem, aut agnatos vel cognatos, aut alios affines eius, aut fideiussores, conuenire in iudicio aut quocunque modo inquietare vel denunciare, neque in iudicium eos vocare, sine debita gratia, quod à defuncto descendat, siue alterius cuiuscunque causae nomine ad memoratas personas specialiter pertinentis, vt in *d. aub. vt cum de appell. cognos. §. sancimus, qui §. proxime* sequitur post *d. §. meminimus, & in aub. sed neque, C. de sepul. viol. §. in l. 1. §. fin. & in l. 2. ff. de in ius vocan. & in d. l. 13. vers. Otrosi dezimos, & in d. l. fin. tit. 13. par. 1. tradit*

Rod. Suar. in *l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. 9. limit. fol. 3. 12.* & Pet. Duen. in *reg. 277. limit. 4. fol. 99.* Igitur à fortiori non poterit impediri sepultura defuncti.

Et ita inuenio, quod hanc opin. merito contra Ang. tenet & fundat Rod. Suar. in *d. l. post rem, in 5. extens. fol. 287.* & Greg. Lop. eum & alios allegans in *d. l. 13. tit. 9. magna & hanc dicit vtiorem & aequiorem, & quam potiores auctores sequuntur plures allegans lo. Oro. in *l. 3. n. 2. ff. de in ius voc. vbi plures etiam refer. sequentes Angel. & contra Ang. & eius sequacem Segur. tenet etiam Ant. Gom. in *2. tom. var. c. 11. num. 65. vbi* dicit se ita consuluisse & fecisse praecitari Salamantica: eand. quoque sententiam contra Ang. & alios plures sequitur D. Did. Petez in *l. 4. titu. 8. lib. 3. ordin. colu. 1076.* vbi tantum Rod. Suar. allegat contra Angel. Verum eand. opin. tenet idem Petez in *l. 7. tit. 1. lib. 1. ordin. colu. 49. & 50.* vbi allegat Couar. *lib. 1. variar. c. 1. num. 10.* & alios plures, & ita est tenendum, consulendum & praecandum sine dubio. Quam etiam opin. contra Ang. & alios sequitur & optime probat & dicit magis communem longeque vtiorem opin. Bacc. de inope *debit. ca. 1. num. 19. 20. & 21. & alii sequenti.***

Sed iam tunc quod pro hac opin. adduximus sextum fundamentum non erit abs re, imo per contrarium conueniet aduertere quod text. in *l. fin. §. donec. C. de iur. delib.* non solum intra nouem dies à tempore mortis defuncti, sed etiam intra tempus datum ad conficiendum inuentarium, scilicet intra tres menses, si res praesto sint, & intra annum, si abfuerint prohibet creditores, legatarios & fidei committarios haeredes inquietare vel ad iudicium vocare vel res haereditarias, quasi ex hypothecari auctoritate vindicare, sed sit hoc spatium, ipso iure pro deliberatione haeredib. concessum, nulloque ex hoc intervallo creditoribus haereditatis circa temporalem praecipiendum in prauidicio generando.

Sed text. in *d. §. sancimus, in ver. post nouem autem dierum, & in d. l. 13. tit. 9. par. 7.* & expressum in *d. l. fin. tit. 13. par. 1.* probant, quod post nouem dies licitum sit haeredes conuenire super debitis vel aliis actionibus: Igitur.

Quid dicendum in hac contrarietate; Inuenio quod de Did. Petez in *d. l. 4. col. 1077. ver. quatro vtrum, tenet quod hodie d. §. donec.* corrigitur per *d. l. 13. & sic quod elapsis dictis nouem dieb. peti poterit & fieri exsecutio contra haeredes defuncti per instrumentum gaurentigium, & non allegant expressiorem d. l. fin. tit. 13. par. 1. quae expresse hoc decidit.*

Sed Greg. Lop. in *l. 7. tit. 6. par. 6. in gl.* non aduertens ad *d. l. Regius, tenet cum d. §. donec,* quod haeredes non possint pro creditore conueniri intra tempora data ad inuentarium conficiendum, & Rod. Suar. & eum referens Anto. Gom. in *l. 64. Taur. num. 5. ad fin.* & idem tenet plures allegans Pet. Duen. in *reg. 277. limit. fol. 99.* vbi allegat ad hoc *d. l. 13. & d. l. 7. tit. 6. par. 3.* Sed certe *d. l. 13.* tantum probat, vt visum est, quod visum ad nouem dies à tempore mortis defuncti eius haeredes conueniri non possint per creditores, imo probat, quod post conueniri possint: expressius idem probant *d. §. sancimus, & d. l. fin. quare* non bene allegatur per Petr. Duen. *vbi d. l. 13.*

Ego veto tunc in creditoribus haereditatis sextum quoque opin. Did. Petez *vbi supra* scilicet quod post nouem

noem dies a morte defuncti possint eius haeres conueniri per tex. exp. pressum in *d. s. sanctimus*, in verb. *post nouem*, & per *d. l. 13. d. l. fin.* per quas *ll. Regias* corriguntur in creditoribus hereditariis *d. s. donec*, quas non bene aduertunt Greg. Lop. Ant. Gom. & Pet. Duen. *vbi supra*. Et ita cum mysterio *d. l. 7. tit. 6. part. 6.* qua consonat cum *d. s. donec*, tantum approbat eius decisionem in legatariis, non vero loquitur in creditoribus hereditariis, de quibus nos nunc agimus, quia in creditoribus erat decisum per *d. l. fin. d. l. 13.* quod post nouem dies possint conueniri, Legatarii autem vel fideicommissarii non poterunt conueniri haeres, nisi post transactum tempus conficiendi inuentarii per *d. s. donec*, cui consonat in hoc *d. l. 7. & ita est intelligenda materia haec.*

Adhuc tamen remanet contrarietas inter *d. l. s. donec.* & in *d. l. s. sanctimus*, & in *d. l. versic. post nouem*, quia ambo in creditoribus diuersa seu potius contraria disponunt respectu temporis, in quo possint conueniri haeres, vt supra vilum est. Sed hoc non est curandum, cum *d. s. sanctimus*, sit nouior *d. s. donec*, praesertim hodie cum *d. s. sanctimus*, sit approbatus & correctus *d. s. donec*, in creditoribus hereditariis per *ll. Regias* supra dictas, vt sup. vilum est. In legatariis autem nulla contrarietas inuenitur, quia utroque iure statutum est, vt non possint relicta petere, nisi post tempora data ad conficiendum inuentarium, vt in *d. s. donec*, & in *d. l. 7. & ita est intelligenda materia haec.*

Sed pro limitationibus *d. s. donec*, videndi sunt Petr. Duch. *reg. 267. fol. 95.* & Rod. Suar. in *d. l. post rem*, in prima extensione, p. 5. & Trib. *seg. fol. 257.* & *seg. ff. de re ind. c. iterum* in *6. limit.* & Boet. *dec. 53. in 1. p.* & Greg. Lop. in *d. l. 7. glo. 2.* & dominus meus Don Antonio in *l. eam quam*, num. 113. & *leg. C. de fideicommissis*. Electio autem sepulturae probari potest testibus singularibus, vt tenet & probat Guid. Pap. *dec. 544. per totum*, & cum eo transit Rolan. à Val. *cons. 2. n. 44. lib. 2.* Haec tamen opinio mihi non omnino de iure satisfacit ex pluribus, quae nunc omitto, praecipue ex traditis non sine per D. Ioan. à Rojas de *haeres. 3. part. 6. asseritio*, num. 120. & *sequi maxime* num. 145.

SVMMARIVM.

1. Repudiatio facta de bonis viuentis non nocet repudiandi.
2. Hoc non procedit, quando repudiatio confertur in futurum sub hac conditione, si ius repudiandi deseri contigerit.
3. Pactum seu renuntiatio iuris de futuro non competens, vt nec spe, quando valeat vel non?
4. Repudiatio, renuntiatio vel pactum hereditatis alicuius viuentis incerti, bene valet & tenet, si fiat per verba respicientia in futurum.
5. L. nec nos, C. de capitul. & postlim. reuers. in relatu.
6. Pactum hereditatis viuentis hominis incerti, si non potest verificari nisi in vna persona, non valet.
7. Repudiatio iurata hereditatis viuentis, bene valet & tenet.

8. Confessio illius, cuius hereditas repudiatur, non requiritur hoc casu, quo repudiatio valet propter iuramentum.

CAPVT V.

De repudiatione hereditatis viuentis.

Qui superstitis bona repudiatur, post mortem eius adire hereditatem, item bonorum possessionem petere non prohibetur, inquit text. in *l. qui superstitis*, ff. de acquir. hereditatis, itaque ex ea l. notant ibi Bar. & Doctores, quod repudiatio facta de bonis viuentis non nocet repudiandi. Pactum etiam de hereditate viuentis absque ipsius viuentis consensu est nullum, vt in *l. pactum*, quod dotali, & in *l. fin. C. de pact. & in l. si quando*, §. illud, & §. generaliter, C. de iustice. testam. & in *l. pactum dotali. C. de collat.* Et de pacto dictum est late in repet. capit. *quamuis pactum*, de pact. in *6. in versic. improprietatis*, vbi etiam late egi, an huiusmodi pactum firmetur iuramento. Modo nolo agere de pacto, quod fit duorum consensu, neque de renuntiatione, quae fit in fauorem patris, vel alietius, de qua in *d. c. quamuis pactum*, vbi patri factum, & ibi dixi: sed tantum de repudiatione, quae nulli fit specialiter, sed simpliciter repudiatur hereditas viuentis, quae etiam non valet, vt in *d. l. qui superstitis*.

Potest tamen text. in *d. l. qui superstitis*, limitari vno modo, vt procedat, cum repudiatio confertur in praeteritum vel praesens tempus, vel simpliciter: scilicet quando expressum confertur in futurum sub hac explicita conditione, si ius repudiandi deseri contigerit.

Quae limitatio tollitur ex distinctione Bar. in *leg. prim. in 3. membro distinctionis*, num. 4. *C. de pact. dum tenet*, quod quando iura nobis, nec neque spe competunt, tunc siquidem verba pacti sapiant dispositionem de praesenti, nullo modo ad eius futurum porriguntur, vt tenet & probat paragr. *quod ait prator*, ff. *quorum leg. vbi probatur*, quod si haeres, antequam adeat hereditatem, concesserit legatario licentiam occupandi rem legatam propria auctoritate, nihilominus ipse haeres adeundo hereditatem, habeat interdictionem legatorum, legatario occupante rem legatam propria auctoritate. Si autem verba pacti porrigantur in futurum hoc modo, si quo tempore res ad me pertinebant, etiam ex causa defuturo, facio tibi pactum de non petendo, illud pactum valeret, argumentum text. in *l. si rem meam*, ff. *de verborum obligat.* Quam Bar. distinctionem sequitur ibi Decius num. 32. vbi late disputat, quid iuris sit, quotiescunque illud ius, quod neque re neque spe nobis competit, simpliciter renuntiat, an intelligatur facta renuntiatione per verba praesentis temporis, quo casu non valet, vt supra dictum est, an per verba futuri temporis, quo casu valet, & concludit censeri factam remissionem per verbum futuri temporis, vt talis dispositio aliquid operetur sustineaturque. Eandem Bar. doctrinam sequitur etiam additio eiusdem Bar. in *leg. quod seruatur super num. 3. l. iura B. ff. de cond. caus. data*, vbi alios refert & eam testatur communiter approbatam, in *d. leg. 1. Curt. Sen. num. 10.* & Curt. *lum. num. 48.* Ex qua doctrina Barro. communiter approbata optime colligitur *supra d. l. limitat*.

limitat, ad d. leg. qui superstitis, & ita in terminis ipsius l. ex supradictis Doctoribus eam colligit Mench. de *succession. creat.* §. 18. n. 293. dicens esse communem opinionem, vbi inquit hanc opinionem intelligi ex mente ipsorum Doctorum, non tantum in casu supra, sed etiam quando simili modo repudiatur hereditas hominis mortui non delata, quia sub conditione erat relicta, & quod sic limitatur *lex in qui haeres*, ff. de *acquir. hereditatis*, & *leg. 1. §. de reatilis*, ff. de *success. edict.*

Secundo etiam intelligitur, quando fit renuntiatio per pactum conuentum per similia verba hereditati viuentis, & ita limitari *d. l. qui superstitis*, & l. *quidam in iure*, §. *si*, cum *l. seq. de don. addit. Mench.* has conclusiones, esse communes sed suspectas, quia sicut contra generalitatem, textuum *sup.* allegatorum, & tandem tenet contra suprad. & respondet fundamentis communis opinionis.

Sed nihilominus tamen communis opinio suprad. est tenenda, intelligendo eam, quoad fieret repudiatio, renuntiatio vel pactum super hereditate alicuius viuentis incerti, & per verba respicientia in futurum, vt supra dict. est, quo casu tale pactum toleratur, per text. in *leg. 3. §. de illo*, ff. *pro socio*, quem text. ad hoc allegauit Curt. *lum. in dicta leg. 1. n. 49. C. de pact.* Et ita hanc opinionem per illum text. tenet Bar. in *d. l. fin. C. de pact. appof. 6.* & ibi *las. n. 7.* dicit communem Curt. *lum. ibi n. 26.* & *Cagnol. 34.* Et hoc modo intellecta communis opin. *supra*, d. remanet sine dubio & vera: & sic non obstat supra dicta iura generalia, quae aduersus eam adduxit Mench. tenens contrarium, quia procedunt & loquuntur in hereditatis certi hominis viuentis pacto sine repudiatione vel renuntiatione, & sic ea intelliguntur Dd. *supra* proxime citati.

Sed adhuc tamen contra hanc opinionem, sic communiter intellectam videtur text. expressus in *l. nec nos*, C. de *capit. & postlim. reuers.* vbi probatur, quod sicut non valet pactum de hereditate viuentis certi, ita neque etiam de hereditate viuentis incerti, & sic illius, qui dubitatur, utrum viuat vel mortuus sit. Sed text. ille non obstat, quia loquitur in incertitudine vite illius, de cuius hereditate agitur, non vero in incertitudine personae, quia de illa constabat in illo text. unde non valet tale pactum, ac si certam esset, viuere illam de cuius hereditate agitur: nos vero loquitur, quando est incerta persona cuius hereditas renuntiat, quia hoc casu contra neminem dirigi potest votum captandae mortis, propter quod *l. fin. annullata* tale pactum in persona certa.

Vnde inferitur, quod si illud pactum hereditatis viuentis hominis incerti non potest verificari, nisi in vna persona, non valet, secundum *las. in d. l. fin. n. 29.* *Cagn. num. 42.*

Secundo tamen modo potest limitari dispositio *d. l. qui superstitis*, scilicet si repudiatio fiat cum iuramento, quia cum hoc iuramentum non vergat in dispensium salutis aeternae & possit seruari, seruandum est per text. in *d. c. quamuis pactum*, de *pact. in 6.* qui text. *quamuis loquatur* in pacto, quod fit alteri, vt ex ipso constat, procedit etiam in simpliciter renuntiatione, de qua nos hic agimus in terminis *d. l. qui superstitis*, quamuis *gl. 1. vbi tenet* contrarium, sed eam reprobant Bar. & Paul. & ceteri Dd. *ibid.* Et haec est communis opinio, vt constat ex Mench. *vbi supra*, n. 294. quamuis ibi ipse teneat contrarium cum *gl. imo* quod supra, repudiatio iuramento non confirmetur in casu *d. l. qui superstitis*, quia in nullius fauorem fit, vnde ex tali iuramento nulli ius acquiritur, non magis quam ex pollicitatione. Sed nihilominus teneo communem, quod repudiatio in casu *d. l. qui superstitis*, firmetur iuramento, quia cum sit negatiua de non succedendo, remouetur votum captandae mortis.

Vnde inferitur, non requiri hoc casu consensum illius cuius hereditas repudiatur, quia non renuntiat in fauorem alicuius, sed simpliciter repudiatur hereditas, si repudiatio forte deferatur, vnde repudians virtute iuramenti a se praesentis, non poterit postea, si sibi forte deferatur, illam adire neque accipere, quia esset perituros: praecipue cum possit iuramentum hoc seruari absque interitu salutis aeternae & sine prauidicio tertij, quo casu seruandum est, vt in *d. c. quamuis pactum*, & in *cap. cum coningat*, cum *similib. de iur. iur.*

SVMMARIVM.

1. Confessio testatoris minoris summa quam sibi debetur, non releuat debitorem probato errore.
2. An idem sit quando testator vitium dictione taxatina, puta Titius debet mihi decem tantum, vel duntaxat, vel sola decem.
3. Confessio testatoris minoris summa, quando vitium verbi est reliquatione computationis, nocet in ampliori quantitate.
4. Confessio iurata testatoris de certa summa sibi debita, sine vitium dictione taxatina, sine non, nocet omnino haeredi, licet amplius debeatur, nisi in casu sic posito.
5. Confessio testatoris de debito in fauorem alterius, an in dubio probet debitum?

CAPVT VI.

De confessione testatoris de eo quod sibi debetur.

Si testator in testamento confitetur sibi deberi decem à Titio, cum tamen viginti deberentur, confessio probato errore per haerem tamen quae erretoria nihil releuat debitorem: ita probat text. in *l. rationes*, C. de *probationib. iuncta* *gl. ibi* verb. *quantitate*, cuius intellectum sequuntur ibi Bar. Bal. & Paul. de Caltr. & Salycet. & est ratio secundum Bald. *ibi*, quia testator per hoc non videtur voluisse residuum legare, quia in maiori summa inest minor: idem probat *l. 12. versic. Orosi de jmo. tit. 18. part. 3.*

Sed est dubium, an idem sit, si testator vitium dictione taxatina, scilicet Titius debet mihi decem tantum, vel duntaxat, vel sola decem; in quo *gl. supra* refert duas opiniones: Prima est Hugol. scilicet quod hoc casu haeres non possit probare contrarium, & quod debitor non teneatur amplius soluere: scilicet si in residuo non facit prauidicium sibi vel haereditatem opinionem sequitur Bart. *ibid. l. 1.* vbi existimans esse opinionem Azonis; verum non est Azonis, sed Hugol. vt ibi inquit *gl. & sequitur* etiam ibi Bald. & Salyc. n. 2. *versic. vel forte*, & verius eandem primam sententiam sequitur idem Bar. in *l. siquidem*, n. 3. *C. de trans. existimans* etiam esse opinionem Azonis. Et haec primam opinionem Hugolin. sequuntur plures relati per dominum Ant. de Padilla in *d. l. siquidem*, num. 3. vbi testatur esse communem ex testimonio aliorum.

Qua tamen communis opin. in secundo membro, scilicet quando non adest dictio taxatina, limitatur per Dd. quos refert Anton. de Padilla *vbi supra* n. 4. vt non procedat, si creditor dicat, certam quantitatem sibi deberi ex reliquatione computationis, nam in hoc casu in ampliori quantitate sibi prauidicium. Pro quorum Doctor. sententia allegatur *gl. pulchra*, & merito tenenda in *l. si ex plurib.* in *princ. verbo*, *reliquum*, ff. de *solu. qua sequuntur* plures relati per ipsum, vbi etiam refert *Cap. eant. 177.* admonet debitorum, vt sepe curant apponi verbum hoc in apochis receptarum penum, se quod recipit creditor tantam summam pecuniae ex reliquatione computationis: limitat ex

Alicia